



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 480. An & qualiter quis in locum priorum creditorum succedere possit in ordine ad fruendum illa prælationis prærogativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

nuptias per l. fin. §. 2. C. qui pot. in pign. Quarto non praefertur prior tempore iis quorum pecuniâ res oppignorata est & empta cum expressa hypotheca in re comparata. l. 7. C. qui pot. in pign. Muller. loc. cit. Lit. 2. Quinto non praefertur ei, qui privilegium personale habet. Lauterb. §. 13. V. g. qui credit in sumptus funeris. l. 14. §. 45. ff. de relig. & sumpt. fun. idemque ex generali consuetudine de famulis & ancillis ratione mercedis, quod iis praefertendus non sit prior in pignore, dicit Lauterbach citatis aliis. Ratione modi, quo hypotheca constituta est, posterior tempore praefertur hypothecariis prioribus. Sic habens hypothecam, supra instrumentum publicum (quale hic non tantum dicitur illud, quod à Notario publico conscriptum, sed etiam, quod aliâs ex actis publicis localium magistratuum fundamentum habet, ut Muller. loc. cit. th. 27. Lit. a.) praefertur aliis etiam tempore prioribus creditoribus, pignus vel hypothecam ex privato instrumento probantibus, nisi huiusmodi privatum instrumentum esset subscriptum à tribus idoneis testibus. l. 11. C. qui pot. Struv. ad eund. tit. th. 26. de quo tamen vide Muller, ibidem fuscè tractantem, & negantem id cit. l. 11, probari posse.

Quest. 480. An & qualiter quis in locum priorum creditorum succedere possit in ordine ad fruendum illa praerogativa?

REsp. dum unus facta alteri solutione, pignoris causam in se transfert, ut ex illius loco & ordine in creditorum concursu aestimetur (quae est successio, de qua hic, proprie talis, ut Lauterb. in ff. qui pot. in pign. cum Franzk. ibid. num. 63.) videndum, quis solvat debitum, & cui solvatur. Si quidem si quis sit ejusdem creditoris debitor, secundus seu posterior, aequè tamen hypothecarius, habet jus offerendi solutionem debiti, etiam si prior resp. contraxerit. l. 4. C. de his. qui in pr. credit. loc. succed. & ibi. Brunem. Bachov. de pign. l. 4. c. 15. Lauterb. loc. cit. §. 15. ac proinde opus non est nova conventionione, sed statim succedit in locum prioris, & causam sui pignoris firmat, modò ratione fortis & usurarum totum ac omne debitum offeratur. l. 5. C. h. t. Lauterb. loc. cit. & si anterior creditor summam oblatam nolit recipere, posterior ad instar debitoris illam oblatam deponit, & nihilominus ipse jure succedit, & omne jus consequitur. l. 11. §. fin. ff. l. 1. §. 5. C. h. t. quia priori creditori non competit amplius actio. Franzk. loc. cit. num. 73. Lauterb. loc. cit. si tamen prior hypotheca est fisci, opus esse autoritate Judicis juxta l. 3. §. fin. C. de priv. fisci. ait idem cum Bachov. & Treutl. vol. 2. d. 24. th. 6. Lit. 8. De cetero non refert, sive volente, sive invito vel infcio debitore fiat hæc solutio; cùm non agatur de novi pignoris constitutione. l. 8. C. h. t. Bachov. de pignor. l. 4. c. 17. interesse tamen, ait Lauterb. cum Franzk. loc. cit. num. 72. num secundus, num tertius aut quartus solvat primò creditori debitum, ne praerudetur intermedio creditori. Quid verò sit in casu, quo primus creditor alteri sua jura cessit, aut debitor pignus primi alicui tertio vendiderit, non resolvendo Lauterb. remittit ad Franzk. loc. cit. à n. 95. & Brunem. ad l. 3. C. de his qui in pr. credit. loc. si verò creditor simplex, vel extraneus, vel alius, qui creditor non est, debitum offerat, sive imme-

diatè, sive mediatè per debitorem, pecuniam illi credendo, potest quidem creditorem hypothecarium dimittere. Arg. l. 10. §. 1. §. l. 16. ff. de his qui in fraud. credit. Lauterb. loc. cit. §. 16. citatis Brunem. & Negul. si nempe tota pecunia ad primùm creditorem perveniret, sed offerens tantum succedit in actiones personales illius contra debitorem, ut Lauterb. cum Bachov. juxta. l. 3. ff. quæ res pign. nisi inter offerentem & creditorem primùm, vel inter offerentem & debitorem expressè statim conventum sit, ut pignus sibi obligetur, & in ejus locum succedat. l. 1. C. de his, qui in pr. cred. loc. succ. Lauterb. citatis pluribus aliis. Denique si simplex chirographarius vel extraneus alia ex causa pignus possideat, conveniaturque hypothecaria per creditores hypothecarios, potest illis agentibus debitum offerre & exsolvere, ut jus pignoris in se transcribatur. l. 19. ff. qui pot. in pign. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv. Franzk. loc. cit. num. 83. & seq. Lauterb. §. 17.

Quest. 481. Quæ obligatio ratione pignoris incumbat creditori hypothecario?

REsp. obligatur primò: ac præcipuè ad rem in pignus acceptam tueri, conservare & custodire exactâ diligentia, quam diligens paterfamilias in rebus suis custodiendis & conservandis adhibere solet. Unde si ejus dolo vel culpa lata aut levi (non autem levissimâ) illius pignus perit vel deterioratum est, damnus debitori resciscere tenetur, uti hæc habentur. §. 4. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. l. 14. ff. de pignorat. act. l. 7. C. eod. Secundo obligatur, debito sibi soluto pignus restituere debitori; quia hac tacita conditione ei datum. cit. §. 4. & quidem cum omnibus fructibus ex pignore interea perceptis, dum hi in fortem, uti debent, computati non sunt. l. 1. de pignorat. act. & compensatione damni. si quòd dolo vel culpa lata aut levi in pignore illatum, detractis tamen expensis, quas creditor fecit in custodiendo & conservando pignore. l. 7. C. eod. cui obligationi si creditor detraxerit satisfacere competit debitori contra eum actio pignoratitia, l. si rem alien. ff. de pign. l. 11. C. de pignor. act. Et hæc debitori competunt, sive solutio fiat ab ipso debitore, sive ab alio juxta quod expresse dicitur. pr. Inst. quib. mod. toll. oblig. idque etiam si creditor solutionem oblatam non acceptat, modo debitor solenniter eam deponat. juxta l. 10. C. de pignor. act. & l. 3. de execut. pign. de quo paulò post; & quocumque demum modo debitum extinguitur.

Quest. 482. Quæ ratione pignoris sint obligationes debitoris?

REsp. sunt potissimum quatuor. Prima, ut non turbet creditorem in jure suo, quod is ratione pignoris habet. Secunda, ut tradat ei pignus idoneum, casu quo malitiosè, dolo sè vel ex ignorantia prius pignus minus idoneum vel alienum, vel alteri jam obligatum dedit. Tertia ut solvat creditori expensas factas in conservando pignora. l. 8. ff. de pignor. act. l. 7. C. eodem computando nimirum eas in fortem seu diminutionem debiti, vel specialiter eas præstando, intellige etiam utiles, modò non sint immodicæ. Gloff. in cit. l. 7. Sylv.